



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm

In tres Partes distinctum

Rodríguez, Alonso

Coloniæ Agrippinæ, 1622

Cap. IX. De murmurationis & detractionis vitio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40093

*Tutissimum
sacra.* aliqua non erat, ideoq; nihil tertiis quam
fese in silentii portum conferre, vbi solo
silentio quis multa incommoda & peri-
cula euadit, quæ in loquendo occurunt,
Prov. 21. 23. secundum illud Sapientis: *Qui custodit os
suum & linguam suam, custodit ab angustiis
animam suam.* Hincque senior quida m
pater dicebat: *In omni loco si taciturnus
fueris, requiem habebis.* Et ad idem Seneca:
*Nihil aque prodest quam quietere, & mini-
mum cum aliis loqui, secum plurimum.* Vul-
gata est illa S. Abbatis Arsenii sententia,
quam vt refert Surius, sepe solitus erat
repetere, & etiam cantare: *Mesape pœnit-
uit dixisse, nunquam autem tacuisse.* Idem
de Socrate dicitur. Huius & rationem
dar Seneca, quod tacetur, post dici po-
test, quod autem dictum, non dictum esse
non potest. Et *semel emissum volat irreno-
cibile verbum*: dicit Poeta. Et S. Hierony-
mus: *Lapis emissus est sermo prolatus.* Lapis
enim manu emissus retineri non potest,
ne noceat. Hinc dicit S. Hieron diligen-
tissime considerandum, quod dicendum
est, antequam ore emitatur, post enim
non dictum esse nequit: *Quapropter die
antequam sermo proferatur, cogitandus est.*
*Quod primum a nobis datum consilium
est.*

*Psal. 38. 1.
Ambr. 11. 1.
off. 2.* Concludamus ergo linguam bene cu-
stodiare, dicentes cum Propheta: *Dixi eu-
stodiā vias meas, ut non delinquam in lin-
guā mea.* In hac verba ait S Ambrosius: a-
liquæ viæ nobis sequendæ aliae custodiæ
sunt, viæ Dei sequendæ, nostræ custo-
diendæ, ne nos in præcipitia deturbemus
& perdamur cidentes in peccatum: & eas
dicit nos custodituros, si silere sciamus.
*Histor. eccl.
9. 2. 6. 6. c. 1.
Dociū silen-
tii Pambū.* In Ecclesiastica historia refertur, mona-
chum quendam Pambū nomine, homi-
nem idiotam & indoctum alterum sapi-
tem & doctum adiisse ut ab eo instruere-
tur, & audientem hunc versiculum: *Dixi eu-
stodiā vias meas, ut non delinquam in lin-
guā mea,* noluisse vt magister plura
allegaret, sed dixisse sibi sufficere solam
hanc lectionem, si illum opere completere
potest. Post sex menses à magistro repræ-
hensus, quod ad secundam lectionem au-

diendam non rediisset: respondit se non-
dum priorem compleuisse. Post multis
annos quærebat ab eo notus quidam, fi-
versum hunc didicisset, & aiebat, iam 49.
anni sunt, quod illum audiuerim, & vir
illam completere potui: & si complerat ta-
men ipse propter humilitatem dubitabat.
Palladius n. de eo refert, quod tam lectio-
nem didicerit, & in proxim deduxerit,
quod antequam loqueretur & responde-
ret ad interrogata, semper cor ad Deum
leuauerit, & ante eum illo communicans
& egerit. Secundum consilium a nobis
datum. Diciturque ideo tam à Deo adju-
tus, ut iam morti proximus dixerit, se non
meminisse vñquam verbum dixisse, cum
cum pœniteret. Refert Surius de quadam
sancta virgine, quæ à festo Exaltationis
S. Crucis usque ad Christi natalem diem
silentium seruavit, ut toto hoc tempore
ne verbum quidem loqueretur. Quod di-
cit Deo tam fuisse gratum, ut ei fuerit re-
uelatum, isto opere & lingue mortifica-
tionem merita tuavit, ut purgatorium non
subiret post mortem.

C A P V T I X.

De murmurationis & detractio-
nis vito.

Nolite detrahere alter alterum tri-
tres: dicit S. Apostolus Iacobus. S. A. post Paulus dicit, *detractores odibilem* & Sapiens etiam hominibus. *Abominabilem* hominum detractionem. Et *Susurratori* & *ininiticia* & *contumelia*. Et quibus exterius rideant, & delectari videantur, tamen intus oderant, & illos cauerent, renrent enim, & merito, ne quod alios in pectorum praesentia faciunt, in aliorum praesentia post sibi faciant. Hoc suscitetur ad odio habendum & fugiendum hoc vitium, quid enim peius esse potest, quam Deo & hominibus odibilem esse? Sed hoc omisso, decreui solum breuiter gravitatem & prauitatem huius vitiis exponere, & quam facile in eo quis mortaliter peccate posset, ut nos tanto longius hinc remoue-

mus, & tanto discrimini nō subiiciamus. Eius grauitas, & prauitas in eo sita sit, quod proximi famam bonam, quæ de eo habetur, opinionem & aestimationem obsecut & plane tollat, quæ maioris precii sunt, quam opes & diuitiae temporales, vt docet Sapiens: *Melius est nomen bonum, quam diuitiae multæ. Et. Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi & magni.* Ideo dicunt Doctores, maius esse hoc detractionis, quam furti vitium, quanto preciosiores fama & nomen bonum quā diuitiae. Et ad particularia magis descendendo, & sciatut quando detractione est tantum veniale, & quando mortale peccatum; dicunt quod dici solet de omnibus aliis peccatis, quod in sua specie sunt mortalia. Ideo quamvis factum ex se sit peccatum mortale, tamen ratione parvae materiae potest veniale esse, vt furari possum, vel vnum aut alterum teruncium. Sic & detractione in se est mortale peccatum, sed tam parvi momenti res esse possunt, quæ de alio dicitur, vt veniale esse possit.

Sed hic animaduertunt, quod multum dictione ad rem facit, vt intelligatur periculum, quod hic est, & custodia habenda etiam in his, quæ parva videntur, & est, quod sepe parua & levia non sunt, quæ aliquibus talia videntur. Dicunt Theologi, quānis de aliquo d'cere peccatum aliquod veniale, vt quod quis mendacium dixit in seculari non esset mortale peccatum, eo quod minutum sit, & famam & nomen bonum non tollat; tamen de religioso dicere veniale peccatum & imperfectionem aliquam, posset esse mortale, maior enim ignomina & infamia hoc esse poterat in religioso, quam mortale peccatum in seculari. Certum est, si dicam de Religioso, quod sit mendax, plus desperderetur de eius bono nomine & aestimatione, quam secularis perderet ob vitam perditam & inordinaram, & quāuis deo diceretur, quod tota Quadragefimam nō ieiunet, aut nocte domo exeat & vagetur. Unde aduentendum, quod vt

quis in detractione & murmuratione de aliquo dicatur mortaliter peccare non ex eo metiendum, quod mortale sit id, quod dicitur, sed ex bona fama aut nomine, quod ei aufertur. Semper huic fundamento innitendum, & hoc tenendum pro primo principio in hac materia. Liquido enim constar non esse peccatum ullum, si quis sit ex Maurorum aut Iudæorum genere; tamen proptere aliquem infamare, Doctores dicunt esse peccatum mortale. Similiter si de religioso dixeris, quod sit leuis & nullius iudicii (quod expresse ponunt Doctores exemplū) plus de suo bono nomine & aestimatione perdit religiosus, quā si de seculari dixeris quid, quod mortale peccatum est: & idcirco in hoc plus periculi situm est, quā creditur. Habeo aliquem pro bono Religioso, & hominem sedato & prudēte; tu vero dicis, ille talis est, manū vertens, & indicans quod parum sibi constet, multū ei hoc ipso incommodasti, & multū illi apud me de bona opinione decessit, quā ante de illo habebam. Alias foras venit, & si ibi quid inuenit, quod non adificat hoc primū narrat, & vnum quidem incipit dicere arroganter, alterum superbum & morosum, alium inquietum & seditionis. Hæc non leuias sunt, sed huiusmodi, quæ religioso dedecori merito esse possint. Quisque suo Nō dic de alibi
semetiatur pede si quis similia de te dicere
ret, & causa esset, vt pro tali habereris, q[uod] de te dicitur
aduerte quo id animo ferres. Hæc tamen charitatis lex est, quam erga proximum seruare debemus, præcipue qui de perfectione agimus, & procul nos ab istis anxietatibus, & periculis semouere debemus. si proximus per id, quod dixi, notabiliter nomen & bonam aestimationem perdidit, quam alius de illo habebat, et si negocium ad peccatum mortale peruenit vel non, vt dicimus in voto paupertatis. Estne mihi hic dubitandum, num id, quod accepi, ad tantam quantitatē peruenierit, vt sufficiat, quo sit peccatum mortale? Sæpius enim discernere nequimus, an eo peruenierit necne. Satis tamē labatur, vt quis huic lepericulo exponat,

h 3 nec

nec quis ob omnia, quæ in mundo sunt, huic dubio se inuoluere deberet. Necesse est hoc magna sollicitudine & custodia in paruis versari, si enim non sicut, breui nos scrupulis & conscientiæ morsibus repletos inueniemus, & vexatos grauioris peccati anxietatib. Et in murmurando & detrahendo magis hæc sollicitudo necessaria, valde enim natura in hoc propendemus, & facilitas & volubilitas lingua permagna est. Hoc discrimen est inter eos, qui perfectioni student, & qui nō quod illi maioris paruos defectus faciant, quam hi paruos. Ethoc vnum eorum est, ex quibus elicetur, an quis profe-
quis suo inuigilet, necne.

*Lib. 5. c. 6. de
vita P. Ignati.
B. P. Ignati in hoc vi-
tio cautela.*

Legitur de Patre nostro Ignatio, quod domus defectus semper miro tegebat silentio, si enim quis ficeret, quid non magna ædificationis, nemini aperiebat, nisi ei, qui emendare id poterat, & hoc tanto respectu & custodia nominis boni eius, qui peccauerat, ut si sufficeret id vni declarari, duobus non diceret. Hinc nobis discendum, quomodo cum proximis agendum. Si pater noster, qui superiori poterat dicere & reprehendere domesticorum defectus in omnium præsentia, ut sic in illos animaduerteretur, hac restrictio ne vtebatur, & hoc in paruis & minutis defectibus; quanto magis ea nobis ratione progreendiendum est?

Hanc regulam loquendi de absentib. dictat S. Bonaventura: Erubescant dicere de absente, quod cum charitate non possent dicere coram ipso. De absente ita loquendum, ac si præsens esset, & quod de illo præsente & audiente dicere non auderes, non in eius absentia dicendum. Intelligunt omnes, se etiam absentes à te securos esse. Hæc bona regula est, quæ complebitur tam grauia, quam qua levia vi dentur, quæ saepius solent nos decipere, nam saepè tā levia non sunt, ut apparent, sicut dictum est. Ideoque nos hic excusare non licet, nec dicere, quod ab aliis parui fiant, vel quod vulgata sunt; professio enim, quam profitemur, has excusationes non admittit. Sic nos docet pater no-

*Lib. 5. c. 6.
vita P. Ignati.
p. 3. c. 23.
De absente,
ut præsente,
loquere.*

ster B. Ignatius, qui nunquam in conuersatione sua de aliorum vitiis loquebatur, quanvis & publica essent & in compitis diuulgarentur, & volebat nostros idem facere. Sint ergo omnes homines in oce nostro boni, virtute prædicti & honorati, & omnes intelligent, quod ob nostra verba nihil quis perder, nec minor habebit.

Si forsitan peccatum aliquod de proximo nostri vel auditum, serua sapientis dictum: *Audiisti verbum adulterii proximum tuum, commoriatur in te: fidens quoniam te non disrumpet. Sepeli in te, deficiat ibi & non perficeat. Alludit S. Spiritus ad eos, qui eos prima biberunt, qui multa in anxietate & naufragia versantur, ut ciuant, & nihil agunt, quam pharmaca & olea recipere, putantes se crepituros nisi euomant. Alias duas similitudines ad idem probandum adserunt sapiens: A facie verbis parturit fatuum, insquam gemitus partus infantis. Sagittaria femori carnis, sic verbum in corde stulti. Sic & stultus non cessat nec quieticit, donec dicat & in lucem proferat defectum, quod nouit de proximo, sicut mulier in magna anxietate est, donec pariat infante. Ex horum nos numero ne simus, sed proutrum & sapientium, qui angustum usq; cor habent, ad hæc includenda & septienda, ut ibi moriantur & intereant.*

D. noster Claudius Aqua vita in libelle de industriis, quæ scripsit, ad curandis sanma morbos, caput substantiale ponit de doctrina, quod inter alia est decimus primum, & dat consilium ei, qui hac in parte defecit & erravit, ut non cubitum est, antequā id confessus sit. Partim si forsan sit in re grani, quod facile cuenire potest, non decebat cū eo se quieti dare, nā ferri per ita cubandum, ut moriendum est. Partim, si eo non peruenierit, hoc remediu & quod preservatura medicina fuerit, ut alias similili non peccemus. Hocque consilium valde vtile erit, maxime quod à Patre nostro emanarit, non solum in hoc, sed & in milibus negotiis, que secum dubia ferunt.

CAP.